durus, foris præſertim. ambitur enim ceu cruſta ſilicea, intus paulò mollior. figura ei lenticularis, vel globi dimidiati. Vtranq; ſpeciem apud me ſeruo. A baſi, quæ plana & læuis eſt in medio, vt ad 2. numerum apparet, q-næ veluti caudæ ſerpentium aut lacertorum, verſus ſuperiorem partem elatæ paulatim attenuantur. Interſtitiũ autẽ quodq; inter duas caudas, duos acetabulorum, quæ ceu verrucæ quædam eminent, ordines habet. Hoc ſanè Ouum anguinum Plinij videtur, deſcriptum ab eo pluribus libro 29. cap. 3. An verò aliqua ſit cognatio cũ Brontijs ab Agricola deſcriptis libro 5. de nat. foſsilium, nondũ exploraui.

Ouum anguinum.

.2 .1.



Hos